Nos Johannes de Sprowa iudex et Hanussius de Oleschnicza subiudex terre Sandomiriensis Generales significamus universis
tam presentibus quam futuris quibus expedit presencium per tenorem. Quia venerabilis ac religiosus vir dominus Swanthoslaus prepositus
Monasterii Buskensis ordinis Premonstratensis cum conventu suo monasterii eiusdem contra et adversus providos et circumspectos viros
videlicet contra Adam et Hanussium consules et contra Martinum Lexonis Clementem Cheponis Andream Pulko Wenceslaum Papiesz
Johannem Konik Clementem clericum Katherinam viduam Nicolaum Kasserhet Katherinam virginem Petrum Krzek Mathiam
Hambnerth Clementem Whangtonis Albertum Regulik et Stanislaum [illegible] ac ceteros oppidanos eiusdem de Busko
causam pluribus vicibus coram dignitariis et baronibus terre eiusdem Sandomiriensis maioribus deduxisset et movisset pro agris dicti
Monasterii memorati et ab eisdem limitibus usque ad limites ville dicte Olbgary progressive [illegible] ab eisdem limitibus usque ad
Przymnarky eiusdem in Busko iacentibus de Busko eundo in Brzezina in parte dextra tendentibusque ad limites ville dicte Brzezina
viam que vadit circa [illegible] dictam Olbgarsky usque ad [illegible] asserendo et affirmando idem prepositus cum suo conventu memorato
eosdem agros esse advocatie seu scultetie per ipsum et conventum ipsius eiusdem possesse fore suos et conventui ipsius (volens eosdem
agros advocatie seu scultetie sue eiusdem incorporari) et astringens eosdem ad equalem solucionem racione certi census prout de aliis
agris ibidem solvere est consuetum. Tandem variis et multis terminis colloquialibus inter partes predictas diversis modo servatis
in termino autem quodam peremptorio de consensu partium utrarumque dominorum dignitariorum colloquio Wislicie generali nobiscum presidentes
probacionem dictis consulibus et oppidanis Buskensibus super dictis agris ut premittitur decreverunt fore admittendam ex eo quod ipsorum proavi
avi et patres eosdem agros annis multis [illegible] tenuerunt habuerunt et possidebant pacifice et quiete et nunc tenent et possident
nullos census alicui preposito aut conventui aliquando solventes et etiam predicti agri numquam fuerunt scultetie sive advocatie monasterii
eiusdem et probaverunt sufficienter cum testibus de tribus civitatibus ipsis adiacentibus iuxta decretum dignitariorum et nunc super
hiis inventum. Unde nos visa et intellecta dictorum consulum et oppidanorum memoratorum sufficienti probacione agros iam dictos
signa memorata et secundum visionem inter partes predictas preministerialem factam consulibus et oppidanis memoratis nostra sentencia
diffinitiva mediante adiudicavimus temporibus perpetuis possidendos et quibus adiudicamus ita quod iam dicto preposito vel qui fuerit pro tempore
nec suo conventui de eisdem agris non tenentur solvere quidquam. Decima tamen de eisdem agris pro preposito et conventu apud
Sandomiriensem [illegible] solummodo reservata. Harum quibus in testimonium nostra presentibus sigilla sunt appensa. Datum Wislicie feria secunda proxima post
[illegible] anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo presentibus hiis dominis strenuis militibus Dobeslao de Sanhicz
domino Nicolao Pallatino Sandomiriensi [illegible] Floriano Wislicensi Jasthone Czechoviensi castellanis [illegible] Petro Helya decano Sandomiriensi
[illegible] de Ivolba Petro de Clinzoli Philippo de Chroberz heredibus et aliis quampluribus fidedignis.

Nos Johannes de Sprowa iudex et Zawissius de Oleschnicza Subiudex Terre Sandomiriensis Generales Profitemur vniuersis tam presentibus quam futuris quibus expedit presentium per tenorem Quomodo Venerabilis ac Religiosus vir dominus Swanthoslaus Prepositus Monasterij Buskensis ordinis premonstratensis Cum Conuentu suo Monasterij ibidem Contra et aduersus Prouidos et Circumspectos viros videlicet contra Adam et Zawissium Consules et contra Martinum lexonis Clementem Neponis Andream pulcz Wenceslaum Papiesz Johannem komf Clementem Clericum Katherinam viduam Nicolaum Tasserhet Katherinam virginem Petrum trzek Mathiam Hambyerth Clementem Whangtome Albertum Regulis et Stanislaum Bnelzolbsky sic incrimpatos Oppidanos ibidem de Busko cum suis pluribus concivibus Coram dignitarijs et Baronibus Terre eiusdem Sandomiriensis maioribus detulisset et monuisset Pro agris dictis Przymyarthy ibidem in Busko iacentibus de Busko eundo in Brannina in parte dextra tendentibusque ad limites ville dicte Brannina Monasterij memorati et ab eisdem limitibus usque ad limites ville dicte Olbyary progressiue Iterum ab eisdem limitibus usque ad viam que vadit circa Hayum domini Olbyarskij usque ad Busko asserendo et affirmando idem prepositus cum suo Conuentu memorato eosdem agros esse Aduocatie seu Sculteie pro ipso et Conuentu ipsius ibidem possesse fore suos Et Conuentui ipsius Volens eosdem agros Aduocatie seu Sculteie sue ibidem incorporare Et astringens eosdem ad equalem solucionem racione certi Census prout de alijs agris ibidem soluere est consuetum Tandem varijs et multis terminis Colloquialibus inter partes predictas diversisque modo seruatis In Termino aut quod peremptorio de consensu partium vtriusque domini dignitarij Colloquio nostro generali nobiscum presidentes. Probationem dictis Consulibus et Oppidanis Buskensibus super dictis agris ut premittitur decreuerunt fore admittendam quod quod ipsorum Proaui Aui et patres dictos agros a multis annorum temporibus tenuerunt habuerunt et possidebant pacifice et quiete et nunc tenent et possident nullos Census alicui preposito aut Conuentui aliquando soluentes et etiam predicti agri nunquam fuerunt Sculteie seu Aduocatie Monasterij eiusdem et probauerunt sufficienter cum testibus de tribus Ciuitatibus ipsis adiacentibus iuxta decretum dignitariorum et nunc super hijs inventum Unde nos visa et intellecta dictorum Consulum et Oppidanorum memoratorum sufficienti probacione agros iam dictos iure signa memorata et secundum visionem inter partes predictas priministeralem factam Consulibus et Oppidanis memoratis nostra Sentencia diffinitiua mediante adiudicauimus temporibus perpetuis possidendos et presentibus adiudicamus Ita quod iam dicto preposito vel qui fuerit protempore nec suo Conuentui de eisdem agris non tenentur soluere quidquam Decima tamen de eisdem agris pro preposito et Conuentu solummodo reseruata Harum quibus in testimonium nostra presentibus Sigilla sunt appensa Datum Wislicie feria secunda proxima post dominicam Letare Anno domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo presentibus hijs dominis Strenuis militibus Dobeslao de Sanhez apud dominum Nicolaum Ballistam Sandomiriensi Lanciciensi Floriano Wislicensi Jasschone Czechowensi Castellanis [illegible] Nicolao de Lucolba Petro de Slizelb Philippo de Chrobierz heredibus et alijs quamplurimis fidedignis ac [illegible] Helya decano Sandomiriensi

374

Przywiley na Przymiarki Jana de Szczeka [?] Podliego y Jana z Oleśnicy Podskarbia Ziemstwa Sandomirskiego Roku 1434 [?] ... [illegible] 2da F.a p. Dnicam Laetare przysądzonych Miasta

Privileg. Przymiarkowy

N. F. 3

5

...

374

Przywiley na Przymiarku Jana de Pucowa [illegible] y Jana z Olesnicy Podsędka Ziemstwa Sandomirskiego Roku 143[illegible] [illegible] [illegible] 2da Fa p. Dnicam Letare przysięzonych Miastu

[illegible] Przymiarkowe

N. F 3

2